

præbet animæ nō solum habitum auctum, sed  
efficiuē excitat, & impellit in actum devo-  
tionis delectabilis. Ut enim Spiritus Sāctus  
qui animam iusti inhabitat spirituali impul-  
su, & auxilio excitat voluntatem salua homi-  
nis vitali, & libera cooperatione, & mouet  
actuē ad exercitium actus, & ferventem di-  
lectionem: ita verbum per corpus suum, &  
per species, sub quibus totus Christus conti-  
netur, tanquam per instrumentum coniunc-  
tum sacramentaliter, & eleuatum; mouet ef-  
fectiuē deuotam, & attentam voluntatem in  
actum suauem. Deuotio enim est prompti-  
tudo voluntatis in his, quæ pertinent ad ser-  
uitium Dei, & est præcipuus actus religionis.  
Quid? & Christus Dñs dom in ultima  
Cœna Sacramentum suscepit nō materialiter  
aut sacramentaliter tantū: sed habuit ex illo  
vitali cibo auctum spiritualis refectionis, &  
deuotionis. Et qui dignatus est circūcidi, &  
ablii Baptismo Ioānis, nullum Sacramentū  
suum recepit, preter Eucharistia. Cum tamē  
sit abīq; charactere Baptismi, caput Christia-  
norū homogeneū: sine charactere Ordinis ve-  
rus Sacerdos: sine Matrimonio, spōsus Eccle.  
De quo S. Tho. 3. p. q. 81. ar. 1. ad. 3. Simi-

liet